feligreses, que admirados y conmovidos por su heroica conducta apreciaron sus virtudes y sus desvelos. Su reconocimiento será eterno.

Esto es muy hermoso, ¿no es cierto? Pues bien; puedo decirlo con toda verdad, conozco perfectamente al clero; y estoy segurísimo de que todos sus individuos en igualdad de circunstancias harian otro tanto; darian cuanto poseyesen, y se sacrificarian ellos mismos por añadidura.

No hay duda que se necesita valor para afrontar la muerte en los campos de batalla. ¡Honor á los valientes que defienden á su patria con las armas en la mano, y triunfan ó mueren á la sombra de la bandera nacional! Pero creis por ventura que no se necesita, a lo menos, igual valor para ir al lado de los enfermos á respirar un aire que mata? Los aprestos bélicos, el sonido del clarin, los ecos marciales de la música, la gritería de los combatiente, el estruendo de las armas, la voz de los gefes, el humo de la pólvora, el entusiasmo de la gloria, la esperanza de una distincion; todo exita y alienta al soldado en los combates; mientras que el pobre Cura está solo en un rincon de un aposento, las mas veces cerca del lecho de un desgraciado de la tierra. Tiene tiempo de sobra para reflexionar y encontrarse á sangre fria, frente á frente del peligro. Aproxima su boca al oído del moribundo, respira su aliento pestilencial; con su mano coje cariñosamente aquella mano cubierta ya con el sudor glacial de la muerte, y abraza cordialmente á su hermano medio cadáver. El mundo nada de esto sabrá; nadie se lo tendrá en cuenta. Hé aquí un rasgo de valor mil veces repetido. De dia, de noche, á cualquiera hora, el sacerdote se expondrá al peligro con el corazon animoso, tranquilo, resuelto, lleno de caridad para consolar, sostener ó salvar al último de los desgraciados. Venga una enfermedad á vuestra casa, y lo veréis. Pero no; ¡qué Díos os guarde de necesitar los prodigios de su celo! He aquí lo que es un Cura, amigos mios. Eso es un Cura: eso es.

A pesar de todo esto, algunas veces os mostrais exigentes, duros con el Párroco. Permitid que os lo diga, procurais disgustarle y alguna vez le haceis pasar tan triste existencia! ¿Sabeis que de tiempo en tiempo le haceis sufrir horriblemente? Teneis la conciencia muy ancha para vosotros, os permitís un poco de todo, y á él no le tolerais nada. Espiais sus pasos, sus palabras: basta que quiera hacer una cosa de una manera, para que á vosotros os parezca que debe hacerse al revez. Cuando trabajais en los campos, será muy dichoso si no hieren sus oídos palabras inconvenientes; de todos modos, os indemnizais cuando se ha alejado, diciendo: "¡Dichoso él! bien comido y sin hacer nada, hé aquí un holgazan." Y él se aleja rezando en su breviario y rogando por vosotros.

(*Continuará.*)

El Sr. Presbítero. D. Balbino Diaz Infante, murió el dia 29 de Setiembre próximo pasado. Requiescat in pace.

COLECCION DE Documentos Eclesiásticos.

Responsable.--N. Parga. **Imp. de N. Parga.**

TOM. I. Guadalajara, Noviembre 8 de 1876. NUM. 17.

SECCION I.

Disposiciones generales de la Iglesia.

Benedictus, Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

[*Continúa.*]

Quum autem Tridentina Synodus de universa quidem Monialium Communitate, ut supra, decreverit, sed nihil de singulis Monialibus statuerit, ut patet legenti Textum citati Capitis X. utque etiam jam usque ab anno MDLXXV. judicatum fuit ab ipsa Congregatione Cardinalium Concilii interpretum, per subsequens Rescriptum, quod extat *Decret. Lib. IV. pag. 50. Sacra &c. censuit, extraordinarium Confessorem offerendum non alicui Moniali singulariter, sed omnibus Monialibus universe, ut omnium Confessiones audire debeat, in arbitrio tamen cujusque Monialis esse, ut Confessario extraordinario velit confiteri.* Hinc ortum habuit alterum controversiae, seu dubitationis caput; an scilicet, ubi jam universae Communitati vis terve infra annum Confessarii extraordinarii copia facta est, et nihilominus aliqua Monialis Confessarium peculiarem extra ordinem sibi concedi petit, an, inquam hujusmodi petitioni sit indulgendum. Id autem primo loco quaesitum fuit, proposita casu Monialis graviter aegrotantis, quae in mortis periculo, pro spirituali consolatione postulet, alium Sacerdotem, qui tunc non sit Ordinarius Monasterii Confessor, suprema sibi Ecclesiasticae pietatis officia et Poenitentiae Sacramentum ministrare. Huic anuendum facile esse, praedicta Congregatio pluries judicavit, ut videre est ipsius *Decretor. Lib. XVIII. pag. 322. a tergo*, sub *die 6 Aprilis anni MDCXLVII.* et eodem Libro *pag 586 die 22. Februarii anno MDCXLIX*, quae pariter Decreta a Nobis praesentium tenore approbantur et confirmantur; ut scilicet Episcopi subjectis sibi monialibus in grave infirmitate constitutis et id expetentibus, peculiarem Confessarium concedere debeant; iidemque etiam idipsum praestent erga Moniales Regularibus Praelatis subjectas, quum aliqua ex illis a suo Superiore Regulari hujusmodi gratiam impetrare non potuerit. In hoc autem casu

nihil statuitur de Cardinali Majore Poenitentiario, non ideo, quia nequeat is pro singulis Monialibus idem facere, quod supra diximus eumdem pro toto Monasterio facere posse; sed quia tunc, ob temporis angustias, interclusa praesumitur via recurrendi ad ipsius Officium. Quod si nihilominus ipsius adeundi tempus et modus, suppetat; ad eum pertinebit, eadem prorsus ratione peculiaribus supplicantium necessitatibus providere, qua dictum est superius universae religiosae Communitati ab ipso consulendum esse.

Actum deinde fuit de peculiaribus quibusdam Monialibus, quae nec corpore infirmae, nec morti proximae, Ordinario tamen Ministro confiteri obfirmate recusant. Istarum quoque animi debilitas commiseranda est, et sublevanda; adeoque, ubi earum reluctantia superari nequeat, Confessarius extra ordinem deputandus est, qui earum Confessiones peculiariter excipiat. Id vero, circa Moniales Episcopo, seu Ordinario Loci subjectas, ab ipso Ordinario praestare debet. Quod autem ad illas pertinet, quae Regularium Regimini subsunt, ad Regularem Praelatum pertinet, servatis servandis, peculiarem ipsis destinare Confessarium ex approbatis ab Ordinario ad Confessiones monialium; vel si Sacerdos ille, cui ejusmodi Monialis confiteri cupit, pro illis non sit approbatus; cum ipso Ordinario agendum erit, ut pro excipienda saltem illius Monialis Confessione, et pro tot vicibus, quot expedire judicabitur, eumdem approbet. Sin autem contigat [neque id adeo rarum est] ut Regularis Superior ad concedendum hujusmodi Confessarium extraordinarium Moniali communem Confessarium recusanti nullo pacto adduci possit; jam huic casui provisum est per Decretum anno MDLXXIII. a praedicta Congregatione Concilii editum; et a fel. record. Gregorio Papa XIII. tunc Apostolicum Thronum obtinenti approbatum, et confirmatum, quod nunc iterum confirmationis Nostrae auctoritate roboramus. Decreti verba relata, *Lib. 1. Decretorum ipsius Congregationis pag. 66. a tergo.* haec sunt; *Monialis per aliquod tempus noluit confiteri Confessaris Regularibus. Dubitatum fuit, an Episcopus Regiensis posset dare dictae Moniali Confessorem alterius Ordinis Regularem, vel Saecularem, cui illa semel, vel pluries confiteatur peccata sua, et a quo absolvi possit, Sanctisimus Dominus Noster, etiam ex sententia Congregationis Concilii, declaravit, dictum Caput decimum ita esse inteligendum, ut etiam possit Episcopus concedere Confessarium alterius Ordinis, vel Saecularem.* Praeterea nihil obstat quo minus ipsa Monialis recursum habeat ad Cardinalem Majorem Poenitentiarium, a quo ipsi providendum erit, ut supra dictum est, per deputationem Confessarii ex approbatis ad Moniales, apud quem illa confiteatur.

Quaesitum denique fuit de Monialibus illis quae neque aegrotant, neque recusant Ordinarium Poenitentiae Ministrum a Monasterii Praelato pro universa Communitate deputatum; verum pro majori animi sui quiete, atque ulteriori in vita Dei progressu, facultatem petunt confitendi aliquoties Sacerdoti ad excipiendas Monialium Confessiones jam approbato. Qua de re non semel Nobis in minori statu degentibus accidit, ut cum aliquibus Episcopis, aut Regularibus Monialium Superioribus agere debuerimus. Porro in aliquos ex iis incidimus plus nimio severos, qui aspera quadam verborum brevitate respondebant, quod quum Moniali postulanti libera fuisset facultas confitendi extraordinario Sacerdoti, qui universae communitati non semel eo anno jam datus fuerat, tunc oportebat eam conscientiae suae consuluisse: Quod si oblata commoditate uti noluerat, id sibi imputaret neque pergeret Superiori molestiam afferre, ut peculiarem Confessarium extra ordinem ipsi concederet. Nobis autem objicientibus, Monialem hujusmodi ad Apostolicae Poenitentiariae Officium facile recursum habituram, ibique haud aegre impetraturam id, quod ab ipsis Superioribus ei denegatum fuisset; iterum constanter respondebant, extraordinarium hujusmodi Confessarium, post impletam ab ipsis erga universum Monasterium Tridentini Concilii legem, ab alio quidem concedi posse, sed a se numquam concessum iri.

At vero, neque tunc Nobis arridebat, neque profecto nunc Nobis placet rigida haec agendi ratio. Persuasum enim habebamus, adeoque habemus, non solum integrae Communitati, sed singulis etiam Monialibus indulgendum esse in iis rebus, quae juste et rationabiliter petuntur, maxime quum illae ad earum concientiae quietem, et securitatem conferre dignoscuntur. Neque sane hujusmodi postulationes aut temere exaudiri, aut sine causa rejici debere censemus; sed inquirendum in primis esse de qualitatibus tum Monialis, quae Confessarium extra ordinem petit, cum Confessarii, qui ab ea requiritur; ut utrisque diligenter inspectis, deliberari possit, an illius votis annuendum sit, an non. Si enim Monialis ex una parte nullum det adversae suspicioni locum, ex altera vero Confessarius non modo legitimam Ordinarii approbationem, sed etiam communem probitatis testimonium pro se habeat, nullo modo probare possumus tam firmum hujusmodi Praelatorum in renuendo propositum; nec intelligimus, cur post Confessarium extraordinarium integrae Communitati, juxta legem Concilii Tridentini, oblatum, nulla omnino Monialibus singulis spes relinquatur obtinendi peculiarem Confessarium, cujus consilio, et opera, justis fortasse de causis, indigere se arbitrentur. Non ita sane hac de re sentiebat sapientissimus ille Animarum Rector S. Franciscus Salesius, cujus doctrinae summam ex illius Operibus tum editis, tum manuscriptis collectam, bon. mem. Joannes Petrus le Camus Episcopus Bellecensis justo volumine complexus est, cui Titulum fecit: *Spiritus Sancti Francisci Salesii.* In hujus compendio, quod

ex Gallico in Italicum sermonem conversum Venetiis anno MDCCXLV. pro quarta vice Typis editum est, *parte XVII, cap. 6.* aperte legitur, quod, quum Beatus Episcopus non ita intelligeret praemissum Concilii Tridentini Decretum, ut vetitum existimaret, Confessarium extraordinarium, pluribus etiam quam tribus vicibus in anno, Religiosae Communitati oferre; quae quidem sententia plures habet suffragatores, quos refert *Diana in editione coordinata Tom. 7. Tract. I. resol. 348.* non solum solebat suis Monialibus Visitationis Beatae Mariae Virginis quater in anno, videlicet in singulis Hebdomadis Quatuor Temporum, Confessarium extraordinarium deputare; verum etiam earum respectivis Superioribus commendatum reliquit, et singulis Monialibus, quae non ex animi levitate, neque ex indiscreta, affectionis singularitate, Confessarium extraordinarium peculiariter peterent, haud se difficiles in eo concedendo praeberent. Nec aliter se gerere consuevit. Ven. mem. Gregorius Cardinalis Barbadicus Episcopus Patavinus; Is enim, ut testatur illius quondam Vicarius Generalis Joannes Clericatus in *Tractatu de Poenitentia, desis. 41. num. 7.* et Patrum Tridentinorum decretum quoad omnia Monialium Monasteria in sua Civitate et Dioecesi existentia quotanis reipsa exequebatur, et nihilominus exorari se patiebatur a Monialibus, quae aliquando rationabilibus de causis peculiarem pro se Confessarium expeterent. Hujusmodi regulis, et exemplis nostram quoque agendi rationem in spirituali Monialium regimine conformare curavimus; maximumque utilitatis, et quietis fructum Nos inde percepisse cognovimus. Quapropter Venerabiles Fratres Ecclesiarum Antistites, atque Dilectos Filios quarumcumque Religiosarum Mulierum Rectores hortamur in Domino, et enixe monemus, ut eamdem viam, quoad fieri potest, insistere non recusent, et non adeo difficiles se praebeant peculiaribus extraordinarium Confessarium aliquando expetentibus; quin potius, nisi aut Monialis postulantis, aut confessarii requisiti qualitas aliter faciendum suadeat earum justis precibus obsecundare studeant: illud cogitantes, quod etsi liberum sit cuilibet Moniali Cardinalem Majorem Poenitentiarum adire, cui ea in re facultas cumulativa cum omnibus locorum Ordinariis a Romano Pontifice tribuitur; nihilominus ea est aliquando necessitatis urgentia, ut remedium, quod de longinquo petendum est, non satis tempestive adveniat: Et quamvis etiam quorumlibet negotiorum expeditiones, quae in Officio Poenitentiariae Apostolicae fiunt, ab omni vel minime pecunia solutione inviolabiliter sint immunes; non omnibus tamen Monialibus facile est invenire, qui earum negotia in Urbe procurare velit, et possit.

(*Continuará*)

SECCION II.

Disciplina particular de la Diócesis.

Gobierno eclesiástico del Arzobispado de Guadalajara.—Circular.

A los Señores curas de este Arzobispado.

El Illmo. Sr. Arzobispo de México se ha servido favorecerme con una copia de la contestacion de Su Santidad el Sr. Pio IX, relativa á la *Instruccion pastoral* de los prelados mexicanos á nuestros respectivos diocesanos, con motivo de la llamada ley orgánica de las adiciones constitucionales. Dicha contestacion es como se inserta, en latin y en castellano.

Por la atenta lectura de ese documento, respetabilísimo para cuantos tenemos la inestimable dicha de profesar la fé católica, se observa desde luego que Su Santidad aprueba con su genial benevolencia la doctrina y la enseñanza que contiene la *Instruccion pastoral* mencionada; lo cual es á la verdad muy consolador para quienes hemos sido sus autores, é igualmente lo ha de ser para los fieles, al ver que ahora, como siempre, es tan perfecta la unidad de doctrinas y sentimientos entre el Pontífice supremo, que como Vicario de Jesucristo gobierna la Iglesia universal, y los Obispos que, como sucesores de los Apostóles, hemos sido puestos por el Espíritu Santo para su régimen, en las diócesis encomendadas á nuestro cuidado. ¡Bendito sea Dios, que de un modo tan visible vela constantemente sobre su santa Iglesia!

Al mismo tiempo, con su acostumbrada liberalidad y munificencia, ha abierto una vez mas el Señor Pio IX, los inagotables tesoros espirituales de la Iglesia, y ha concedido á los fieles las indulgencias que expresa su referida contestacion, à fin de que se aumente con esas gracias el mérito propio de las buenas obras á que tan dulce y paternalmente los exhorta, y sea mayor y mas abundante la utilidad y el provecho espiritual de los mismos fieles, conforme á los vivos deseos en que arde el amoroso corazon de tan santo Pontífice, respecto de la salvacion eterna de los hombres.

Es de esperarse que los párrocos instruirán á sus feligreses, acerca del modo de ganar las indulgencias mencionadas, como se los recomiendo por la presente circular, que he mandado se publique en la *Coleccion de documentos eclesiásticos*, encargándoles que me acusen de ella recibo, para mi conocimiento.

Dios Nuestro Señor guarde á VV. muchos años.—Guadalajara, Octubre 19 de 1876.

† PEDRO,
Arzobispo de Guadalajara.